

1012

1012  
1012

39. 40

1489

2. D. O. B. V.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

DE

# STRANGURIA.

hanc

Iussu ac autoritate inclytæ & gratiosissimæ Facul-  
tatis Medicæ in celeberrimâ Salanâ,

PRÆSIDE

*VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO*

*ATQUE EXPERIENTISSIMO*

D N.

## JOHANNES ARNOLDO

### FRIDERICI, PHIL. ac MED. D.

ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN.

PROFESSORE PUBLICO FAMIGERATISSIMO,

MEDICO PROVINCIALI SAXO-ALTEN-  
BURGICO FELICISSIMO,

*Dn. Promotore, Patrono & Præceptore atatem  
colendo, venerando,*

PRO LICENTIA

Summos in arte medicâ honores & privilegia

DOCTORALIA solenniter  
consequendi

*publica disquisitioni exponit*

## PHILIPPUS WERNICIUS,

FRIBURGENSIS THURINGUS.

*ad diem Augusti*

In auditor: majori. horis consuetis.

M. DC. LXVII.

JENÆ Literis KREBSIANIS.



1460.



REVERENDISSIMO. SERENISSIMO.  
CELSISSIMO *QUE*. PRINCIPI.  
AC. DOMINO.

DN. AUGUSTO,  
POSTULATO. ARCHIEPISCO-  
PATUS. MAGDEBURGENSIS. ADMI-  
NISTRATORI. PRIMATI. GERMANIÆ. DU-  
CI. SAXONIÆ. JULIACI. CLIVIÆ. AC. MONTI-  
UM. LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONI.  
MISNIÆ. SUPERIORIS. AC. INFERIORIS. LUSA-  
TIÆ. COMITI. DE. MARCA. RAVENSUR-  
GO. ET. BARBY. DYNASTÆ. IN.  
RAVENSTEIN.

PRINCIPI. AC. DOMINO. MEO. CLÉ-  
MENTISSIMO.

*Faint mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name 'PHILIPPUS WILHELMUS' and other illegible words.*





B. C. D.

### PROEMIUM.



N civitatibus benè constitutis certis  
extra portam eliminatur cœnosa colluvi-  
es ductibus, ne restagnans conspurcet  
plateas, nec ingratam contrahat fœdi-  
tatem.

Natura in microcosmo lacunas, castella & diverti-  
cula sancivit, ut ab omnis generis quisquiliis repurgatum  
corpus in statu naturali conservetur.

Si resistet humorum cœnosorum in oppido copia,  
putredinem ingratam concipit, aëremque inficit, ut in-  
spiratus hostilia secum ferat effluvia. In corpore huma-  
no, congestis excretioni dicatis succis, labascit & nutat  
œconomia, si regurgitantia excrementa vitali nupserint  
purpuræ.

Naturalis hic siphunculus si obstruatur irriteturque,  
vacillant vires, molestiaque insignis conciliatur corpori.

Quid □ â potest esse molestius, si diutius coercita ea  
δυσώδες & acre quid acquisiverit?

Τῶν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ ἐδὲν ὀνήτης, vesica morborum nullus  
placidus est, autore Aretæo lib. 2. cap. 4. Omnes ut elegan-  
ter ait Magnificus Rolsincius epit. partic. corp. affect. l. 3.  
cap. 18. p. 301. insidiosâ malignitate insidiantur ἢ τῶ τῶ εἶναι  
ζῶα, ἢ τῶ εἶναι, esse vel benè esse animalis.

Contingit sæpè, ut penitus cesset hæc emissio falsu-  
ginosi humoris, quod sicubi fit, mors exitium minatur.

A ?

Non



Non raro quoque ex parte supprimitur, & difficulter effluit. Nonnunquam depravatè sede excidit suà.

Depravationem ejusmodi sub stranguriæ nomine exponere hâc vice est animus. Faxit supremum Numen, ut quod nomini ipsius sacro-sancto, quod saluti proximi sacrum est, eveniat nobis feliciter!

CAPUT I  
definitionem nominalem  
exponit.



*Q*uærens, sacra nostræ medicinae antistes, 2. meth. medend. cap. 2. consule materiam aliquam pertractaturis, ut præ cæteris definiant, quid sit, de quo verba instituenda. Hujus consilium sequemur & nostro in affectu.

HOMONYMIA primo occurrit loco.

Sinitur stranguriæ vocabulum modò *larè*, modò *strictè*. *Larè* quando accipitur, comprehendit sub se etiam dysuriam & Ischuriam, seu omnem  $\square$ æ difficultatem, item ardorem. Si *strictè*, denotat depravatam  $\square$ æ egressum, ubi continuo stimulatur æger ad  $\square$ am reddendam, parum tamen expellitur, idque stillatim ferè.

SYNONYMORUM occurrit copia.  $\square$  *σπυρίτιον* dicitur sæpè nominat passim Hippocrates. Alii *σπογγίτιον* dicitur dicitur posse contendunt.

In genere etiam audit  $\square$ æ *difficultas*,  $\square$ æ *stringulans* vocatur ab aliis. *Frigidam mictionem* à Germanico idiomate ductâ origine, quidam appellant. Dicitur &  $\square$ æ *stillecidium*. *Lotium subsillium* nominat *Caro rei rusticæ*, cap. 156. Barbari *catamodicum* *disillare*  $\square$ am, ajunt. *Ardor*  $\square$ æ à quibusdam pro eodem, ab aliis pro diverso habetur affectu. *Agri tales* nominantur *submejuli*, quasi semper miigentes, & moventes vesicam, parum tamen promoventes, German. *Die Harnwibel die kalte Seche*.  
noM

2963

Quoad ETYMOLOGIAM, nomen stranguriæ est ex illo-  
rum numero, quæ δὲ τὸ τῆς συμπτώματις, à symptomate denomi-  
nationem accipiunt.

Derivatur stranguria δὲ τῆς στραγῆς guttâ, stillâ, propriè,  
quando humor per parva foramina pedetentim, guttatim, de-  
fluit.

Latinis *stillicidium* à verbo stillare, derivatur, quod est  
guttatim cado, aut fluo: unde stillicidium Grammaticis dici-  
tur quasi stillarum cadium, eò quod stillatim cadat.

Altera stranguriæ derivatio est δὲ τὸ τῆς ἔργου, ab ἔργῳ, quæ vox  
priorem restringit & limitat, ut stranguria noterurinae stillatim  
& guttatim factam emissionem, unde Galenus in *defn. medic.* ἐν-  
νεσις κτὶ στραγῆ τῆς ἔργου vocat. pag. 398. & 7. aph. comm. 48.  
στραγῆρα, inquit, τὴν κτὶ στραγῆ τῶν ἔργων διότι εἰσιν δηλοῦ, δένουμα  
αὐτὸ διδάσκει. Quod urine stillicidium significet urine stillatim fa-  
ctam excretionem, non ipsum ostendit.

Quidam derivant δὲ τὸ τῆς στραγῆζειν colare, vi guttulas expri-  
mere, quod ægrè & difficulter in his agris vix aliqua guttula  
urinae prodeant, unde est στραγῆραῦν apud Aristophan. Urinae  
stillicidio aut difficultate laborare.

## CAPUT II

### realem definitionem dilucidat.

Vis à ὀνομασλογία, πραγμασλογία nunc delibabimus, po-  
sitâ definitione sequenti.

Stranguria est urine reddende depravatio, quâ urina gutta-  
tim saltem redditur, cum continuo ad mingendum desiderio, ardore &  
dolore, ab expultrice vesica irritatâ, dependens.

GENUS ponitur depravatio ἔργου; largo enim rivulo &  
continuo, non interpolato ordine, excerni debebat urina;  
Cum verò stranguria adest, depravatur hic excernendi modus  
& stillatim defluit humor.

Confirmatur hoc à Pergameno, quando 5. aph. 58. scribit:  
ἔργου τῆς ὀλίγου διότι κτὶ ἔργου συνεχῶς, στραγῆρα τὸ πᾶσι κα-  
λεῖται. Quando aliquis parum & frequenter mingit, hac passio  
stranguria nominatur.

1462.

Assentitur Aërius lib. 11. cap. 19. dicens: Stranguria appellatur, cum paulatim & guttatim urinae destillant, & assiduam ad mingendum irritationem faciunt.

Additur perpetuum mingendi desiderium. Ut enim in tenesmo alvus sollicitatur continuo, irritato tamen conatu, ut ejiciat feces; ita in stranguriâ vesica irritatur, ut urinam ejiciat, quæ tamen pauca & stillatim exit.

In tenesmo nihil excernitur, quàm mucus levis & sanguis. In stranguriâ pauca urinosa liquoris guttulæ.

Dolor aliàs nullus, sed conatus vehementior, aliàs vehemens adest, pro causarum morbificarum varietate. Si dolore caret urinae stillicidium, retentioni urinae finitimum est; si contra dolor urgeat, difficultati, seu dysuriæ, iisdem enim debetur natalibus ac Ischuria, levioribus tamen.

Mictio intercisa est cum ardore. Dolor hic potissimum ad radicem virilis membri, interdum etiam in ipso canali sentitur, in quo ut acrior mejendi voluntas adest, eò minus profusè redditur □, hinc subfillum lotium acredine suâ mordet in viris colem, ut non nisi per intervalla stillis fluat, unde glans etiam tunc frigida admodum esse contactu deprehenditur.

Dolorem adesse, confirmat Cous 4. aph. 80. Ex quâcunque enim ferè causâ eveniat stillicidium hoc, circa vesicam dolorem habet conjunctum.

Ardor, quamdiu □a guttatim exstillat, excruciat: aliàs verò si paulò uberiùs procedat, circa finem mictionis primùm incipit, & peractâ mictione aliquandiu perseverat, & ad novam mictionem vehementer rursus impellit, tantumque conatum excitat, ut & horrores, sudoresque commoveat, observantè Platero tom. 3. p. 821.

Refertur ergò stranguria ad SYMPTOMATUM classem, & quidem ad actionem laesam, quamvis τὸν ἐκκρωσθῶν vitium concurrere videatur.

Actio hæc □æ ἀποεπιπλήσθη aboletur in ischuriâ, immittitur in dysuriâ, depravatur in stranguriâ. Non enim exire, sicut exire debebat, id est, continuo rivulo producta, sed guttatim & quidem cum dolore,

Ad



Ad excretorum vitium referri, assentitur Galenus l. de  
differ. symptom. cap. 6. & 3. de caus. symptom. cap. 2.

2965.

Quia expultrix vesicæ irritatur actio depravata est facultatis cum naturalis vesicæ, agentis per fibras transversas, tum animalis, ope musculorum abdominis operantis.

Excremitur hoc modo urina *ως περιττωμα ut excrementum*, quod postquam à toto corpore derivatum in vesicâ substitit, exterminium sui exposcit.

### CAPUT III

## subjectum inquirat.

**SUBJECTUM** jam perpendendum, ut quo loco degat hostis, pomæriis oeconomia animalis eliminandus, certum fiat.

**SUBJECTUM** stranguriæ **UT QUOD**, est totus homo, partibus essentialibus, animâ & corpore, constans. **SUBJECTUM UT QUO**, quo mediante subjectum **QUO D** sustentat adjunctum, est corpus solum, animabus organicis vegetativâ & sensitivâ constans. Inadæquatum & indirectum est anima rationalis.

**PRINCIPALE** subjectum est cervix vesicæ & ejus sphincter **ADEQUATUM** vesica.

Nulla stranguria fit, nisi affectâ vesicâ. *ην τις σφραξει ην εχη, τα ωει την υδριον πονει, si quis stranguriam habeat, partes circa vesicam affecta sunt*, elogium est Hippocraticum s. aph. 80.

Vesicam in stillicidio urinæ affici testatur Galenus 6. de loc. aff. cap. 4. Confirmat etiam actionis læsio, quæ est urinæ excretio depravata.

Propria namque actio vesicæ est, autore Galeno loc. citat. urinæ excretio, ubi mictionis instrumentum dicit. Munus illius est, *distante eodem s. de usu part. cap. 16.* ut susceptum per ureteres lotium, non pro sui nutrimento, sed ceu matula & instrumentum à naturâ fabricatum, statuto tempore, cum scilicet jussit ratio, foras propellat.

Afficitur vesica potissimum quoad cervicem. Cervix hæc carnosa, musculo orbiculari sphinctere dicto circumvolvitur, cui

226

cui excretionis & retentionis demandata provincia. Si itaque stimulentur à re aliquâ molestâ membranosa partes & sphincter hic, inter retinendum & expellendum dubius, fillicidium urinæ producit.

Κύστις ἢ νευρώδης ἔλη καὶ μεγάλη. Ἐκαστὴ δὲ κύστις, μετοχή εἶσσι πέφουκε. Vesica autem tota nervosa & ampla, ibique intra se perceptionis compos à naturâ est condita ait Hippocrates l. πβ. ἀνα].

Patitur vesica in stranguriâ vel per πρωτοπάθειαν, per essentiam, vel δευτεροπαθειαν, per consensum, eumque vel positivum vel privativum.

Per ESSENTIAM laborat, cum domestico laborat vitio, nullius alterius partis concurrente communione. Per CONSENSUM, eumque positivum sæpe etiam afficitur, v. g. quando per Νέφροσιν & translationem materiæ purulentæ stranguriâ excitatur; vitio enim puris vellicantis vesica ad excretionem urgetur.

Sæpe quoque adest consensus privativus, ubi per sympathiam & per accidens solum, ob generis similitudinem & vasorum communionem afficitur, v. g. recto intestino in vitis inflammato supervenit stranguria, eò quod vesica incumbit recto intestino & utraque pars est membranosa. De quibus modò plura.

CAPUT IV.  
causam immediatam & mediatas  
proximiores investigat.

Eleganter Cous. l. πβ. τέχνης, πῶν, inquit, τὸ γνώριμον Νέφ. ἢ ἀνευρέσκειν αὐτὸ γνώριμον, καὶ ἐν τῷ Νέφ. π. Omne quod fit, propter quid fieri comperitur, atque etiam in singulis adeò propter quid fieri videtur.

CAUSARUM itaque in vestigatio necessaria, à quibus omnis morbi dependet cognitio.

PROXIMA ET IMMEDIATA stranguriæ causa est expultrix vesicæ continuò irritata.

MEDIATA PROXIMIOR CAUSA, considerata  
quoad



quoad essentiam duplex occurrit: πνεύμα αἰθέρων, *multitudo halituosi spiritus*, vel *materia humorosa corpulenta*.

2407.

FLATUS sæpenumerò ad stranguriam excitandam concurrunt. Mater flatuum est humiditas, pater est calor. isque proportionatus, thalamum ventriculus & intestina constituunt.

Sic si potus ingeratur frigidus, non defecatus, ventriculi calor debilitatus agit quod potest, & flatus producit, qui in omnibus corporis angulis varias excitant turbas, & in primis etiam in vesicâ.

Ἀρρῶσια hæc τὸ ἐμφύτῳ θεμῷ sæpe oboritur cum materiâ tanta est copia, ut ab eâ quasi obruatur opprimaturve, nec vires suas debito modo exerere valeat.

MATERIA CORPULENTA excrementitia, quæ stranguriam excitat, quoad essentiam est varia.

Potissimum tamen peccat *Urina*. Constat *urina* ex materiâ potulentâ & sero. Hoc ὄχημα τῆς τρυφῆς postquam munere suo functum est, partim per sudores discutitur sensibilibiter, partim transpirat insensibilibiter, partim maximâ sui parte secedit ad renes & vasa urinaria.

Imbibit serum omnium humorum tincturas, bilis torridæ, melancholicæ, pituitæ sallæ, acidæ, sanguinis ipsius extravasati & in grumas conversi, puris adeoque ipsius & aliorum accidentium.

De pituitâ assensus est excellens Hippocratis l. πῆτι παθ. p. 523. & l. de fistul. t. 4. ἢ δὲ νόσος ἀπὸ τῆς φλέγματος γίνεται. *morbus hic ex pituitâ oritur.*

Excitat proinde serum stranguriam modò ἀκαταρτες, ἀμικτρῶν, *sincerum, impermistum*, cum nullius alieni humoris inquinamento adulteratum est, sed per se peccat; modò μικτρῶν, *permistum* cum aliis, præsertim cum bile, ut dictum jam.

HERMETICI, in primis systaticis principiis utilibus, Δ & Ξ omnium morborum causas ponentes, etiam stranguriæ causam ex iisdem deducere satagunt.

Quamdiu Θ lis balsamum, Δ is mumia, Ξ ii nectar proportionales in corporibus servant foederis pacti leges, excreta  
B omnia

1468.

omnia naturalia bene habent. Simul ac  $\ominus$  resolvitur, calcinatur, congelatur, varia in iisdem producit symptomata & in specie stranguriam.

*P. J. Fabri* concoctionis primæ vitium non corrigitur in coctione secundâ, neque in tertiâ, unde in peregrinam alimentum humidum degenerat substantiam, adque renes & vesicam delatum stranguriam concitat.

Ex *Sylvii* mente pancreaticus acidus succus peccabit.

*Helmontius* ab acore seu acido stranguriam oriri proficitur. Acorem hunc in ventriculo gratum & ordinarium inquitinuum, extra eum omnem aciditatem p. n. esse atque hostilem, solenniter censet. Ab acido, si ad orificium ventriculi ἀναρροήν faciat, ardorem stomachi, si deorsum transeat, tormina in intestinis, stranguriam in lotio, corrosionem in ulceribus, podagram in artubus, suffocationem in matrice, & sic consequenter porro produci omni morborum genus, statuit.

In specie pro probatione acoris in affectu nostro ait: Si experiri velis, ad manum emittæ noviter absque dolore,  $\square$ na, aliquot saltim guttas vini aciduli immisce, & per syringam injice. Experieris te invito, quod vera doceam.

Quoad ESSENDI modum spectatæ hæ causæ, quæ consequuntur essentiam in determinato genere, modificantur QUANTITATE & QUALITATE.

QUANTITATE si excedat saccatus humor nec debito eliminetur tempore, membranacea vesicæ distendit retinacula; sphincter continuo lacescit, ut si parens animali facultati urinam retinere satagat, sæpe deinde tum ischuriam, tum stranguriam nostram progeneret.

Hæc retentio urinæ simul cum illius acrimoniâ combinata, morbum hunc facillimè excitat, quam utramque causam proposuit *Galenus* 3. de caus. sympt. c. 2. & in introductorio.

Si deficiat quantitas, ut vel aliò divertatur materia, ut fieri consuevit in hydrope, vel impediatur, ne adfluat, ut accidit in calculo, grumis sanguinis &c. vel quando per longum tempus potentia materia assumpta fuit nulla, postea verò simul & semel ἀπνευσί ingurgitetur, prius astricta & contracta vesica, deinde defubito iterum repleta ab ἀθρόως confertim irrumpente liquore, dolet & substillum patitur. Præprimis verò, Si



Si *Qualitas* simul delinquat, tantò promptiùs malum hoc exsurgit. 2469.

E QUALITATIBUS *primis* urinæ acrimonia huc accerfenda, calida, acris, incidens, vellicans □a, quæ imbibit variarum partium, per quas fluit, excrementa.

□a acredine ebria, à renibus stillans, pertingensque vias, per quas extra corpus pellitur, eas pungit & mordicat, ita ut quam minima illius guttula sola mejatur, & ita sic deinceps urina emittatur secundum minimas ejus partes, & stillatim.

Acris redditur quoque, quando vesica ob vicinæ partis inflammationem consentiens nimium incalescit, ut recti intestini in viris, in mulieribus uteri, teste *Coo, 5. apb. 58.*

Si misceatur materia acris, ⊖sa, pituita, sanies, materia biliosa, justò redditur acrior □, homo justò frequentius mingere cogitur, ideoque mictio depravatur.

Acris est urina, dicente *Sennerto l. 3. med. pract. part. 3. sect. 2. cap. 4. p. 375.* vel *per se*, quæ etiam vesicam optimè & naturaliter constitutam vellicare potest, vel *per accidens*, respectu nimirum vesicæ, cum illa p.n. ita affecta est, ut ab □a facile irritari queat. v. g. quando exulcerata est vel excoriata.

In *secundis qualitatibus* humores putridi, tenaces, viscosi & salii, atomis irregularibus, sexangularibus, tricuspidalibus excedentes si collo vesicæ adhæreant, hujus stillationis sunt fabri. Ob lentorem præcipuè cum acredine conjunctum, & orificio vesicæ adhærentem, continuè ad excretionem □ sollicitat, Tunc enim crassitie suâ obstruit, acrimoniâ verò & asperitate abradit, sicque stillicidium & dolorem procurat. Tunc vesica velut si lupum teneret auribus, ita retinere simul & reddere urinam horret, ut loquitur *Lindan. sel. 6. §. 13.*

Si cœteri in corpore humores peccent, sæpè ipsorum vitium ad urinam redundat, ut stillatim prodeat.

INDIFFERENTER & SECUNDUM OMNE GENUS materiam hanc corpulentam modificant *quantitas & qualitas*, ut & *motus duplex: generationis & localis.*

*Quantitas & qualitas* examinata merito actionis, seu activitatis, si □ & serum secum vehant magnæ activitatis, præcipuè in qua-

in qualitatibus activis effluvia, inveniantque minùs resistens retinaculum, si puta vesicæ adsit imbecillitas & humorum vehementia, facillè affectus noster inde resiliat.

Generatio & congestio materiæ morbificæ producitur vel in loco, vel extrinsecus affectum. In loco affecto seu in vesicæ sacculo colligitur materia per συναθροισµὸν, *congestionem*, idque vel ob δύναμιν ἀντὶ τὴν πεπονηθεῖαν, ἢ ἐξ ὧσιν ἴνα παληµέλειαι, *facultatem lasam, vel ob errorem externum*.

Læditur facultas, cum naturalis partium constitutio vel in temperie, vel conformatione, vel solutâ unitate legitimo se non habet modo.

Facillè à levi etiam occasione dolor excitatur, quando vesica est imbecillis; asserente Galenò 6. de loc. aff. c. 4.

*Intemperies calida* vesicæ, illiusque sphincteris ab inflammatione, acrimonia □æ, renunquæ ipsorum calore, sæpè depravatam reddit mictionem: præcipuè si adsit ἡ ὕλη *materia* calori concipiendò apta & idonea, quæ in vesicâ, tanquam in receptaculo excrementorum, sedem fortè defixit suam.

*Intemperies frigida* vesicæ, laxato tono sphincteris imbecillitatem procreans, nonnunquam accusatur, maximè cum redundantia humorum phlegmaticorum conjungitur, unde corrumpitur in illâ □a, & qualitatem acrem induit. Omnis enim immodica intemperies operationem exsolvit, ut ait Galenus 2. aph. 29. & præsertim frigida.

Si frigidior sit facta temperies vesicæ, tunc expultrix & retentrix redduntur debiles. Illa expellere, hæc retinere nequit, hinc guttatim & stillatim procedit □a.

*Conformatio organica* vesicæ interdum stillicidium urinæ producit. Calculus, quatenus est morbus in numero & toto genere p. n. inducit stranguriam, non quidem angustatione meatus cervicis; Hoc enim modo oriretur ischuria, vel dysuria, sed quatenus irritat orificii membranas, ut difficilis & dolorosa fiat mictio, præsertim circa finem.

Si angustum nimis spatium à naturâ, vel ob callum, vulnus, sectionem, accepit vitiam vesica, largo etiam ingestio potu distensa stranguriam ciet, cum perpetuò ad mingendum urgeatur.

Morbi

Morbi soluti & unitatis causæ vestem induunt. Quando ad-  
est vulnus, ulcus, aliaque de quibus in causis p. n., stranguria de  
facili accidit.

Ob errorem externum oritur stillicidium hoc, quando ob  
prævum victum & potum, usumque frequentem ciborum & po-  
tuum acrium, de quibus mox, alteratur vesica, ut apta fiat malo  
huic prognerando. Referenda huc ἀλγεῖα, τὸ πόνον & alia,  
quæ inferius delibabimus.

Extra vesicæ pomeria generatur stranguriæ morbifica causa  
vitio totius, si adsit ἡ πλήθωρα ἀπλῶς, exquisitè talis, quæ  
per accidens aliquid conferre potest. Si μὲν περιθνήκης biliosa,  
ferosa plethora abundet, citius ad effectum hunc concurrat.

Si in cacochymia exsuperet, quid obstat, quò minus &  
stranguriam excitare queat? Agnoscit □a pro causâ sangui-  
nis serum; hoc prout vario modo in cacochymicis se habet,  
ita & urina; si accedat imbecillitas vesicæ & sphincteris, adju-  
vat intentionem malam.

Non minus in certâ aliquâ parte fomes in urinæ se pro-  
dens excretionem latere potest. Quamvis enim acrimonia sit na-  
turalis omni lotio, nihilominus plurimum augetur ob hepatis,  
renum & totius corporis intemperiem calidam & siccam, ubi  
sæpè ἀντιπερσῆαν viscerum spectare licet, dum imbecillitas re-  
tentricis vesicæ, ob intemperiem frigidiorē & humidiorē  
simul adest.

Ventriculi χηλοποίησης si frustretur vel impediatur, cau-  
sam morbificam parit. Hic prima ponuntur fundamenta li-  
quoris urinosi, quicquid ergo hic publicè delinquitur, priva-  
tim in vesicâ se exerit.

Lien cum segregationi serosarum particularum sanguinis  
destinatus sit, si frustraneo id meditetur conatu, à variis causa-  
rum generibus impeditus, fovere affectus causam potest.

In mulieribus ob uteri consensum idem valet.

Quoad motum localem, serum & urina cum materiâ morbi-  
ficâ considerantur κτῆσις, ἢ κτῆρύσις subsistentiam vel fluxionem.  
Subsistit urina interdum in vesicâ per συναθροισμὸν collectionem,  
& ob essentialē vesicæ debilitatem; Si sit acrior, demum  
vellicat

1172

vellicat sphincterem, aditumque, cum dolore licet, sibi parat.

Locum tamen potissimum habet *ρύσις fluxio*. Sæpè, non quidem ut in diabete, iusto tamen citius urina à renibus attrahitur & ad vesicam amandatur, unde comitem secum vehit stranguriam. Sic novimus studiosum, qui simul ac vinum haurit, statim ad excretionem urinæ postulatur, quæ sæpe cum dolore frequentiam junctam habet.

*Ἐκτα οὐροῦ ἄρον*, impetum faciens fluxus ad vesicam adest, si humoribus in corpore fermentantibus & turgentibus, à naturâ vel medicamentis instituatur *Δισχώρησις*, ut largo impetu ad vesicam detrudantur. Natura enim utitur vesicâ tanquam cloacâ, in quam per cisternas & canales debitos deponit purgamenta & quisquillas, quæ regiam sanguinis viam, totumque corporis animati regnum commaculare possent.

De membro mandante *questi*, respondemus, illud esse totum corpus, quippe ubivis alluit sanguis, ubivis sero suo est permistus, quod alio succedente vehiculo, officio suo functum expurgatur. In specie viscera coctioni & sanguinis depurationi destinata accusamus.

*Recipiens* pars est bursa urinaria, Hæc imbecillitatem nanciscitur vel *σύμφυτον connatam*, vel *ἑπικτητον acquisititiam*, variis quæ causis debet originem.

*Via* quænam sint, ex anatomicâ patet *διωψία*. Advehit arteria magna sanguinem ad renes, in quorum parenchymate, quod serosum est emulgetur, colatur, & per peculiare binos ductus, ureteres dictos, ad vesicam derivatur.

*Ἀπὸ νεφρῶν ὀχρεοὶ σκεληνοειδέες ἀκρὴν κορυφῆν κύστις κείνται*. A renibus ductus obliquè tendentes, in summum vesicæ verticem sibi sunt, ait Hippocr. l. *ᾠρῆ ἀνα*. p. 916.

## CAPUT V

### causas remotas supernaturales & naturales exponit.

**P**lures agmine facto ad stranguriam producendam concurrunt causæ.

SUPER-



297B  
SUPERNATURALITER quandoque visi sunt ægri fasci-  
nati, tum totius corporis immanibus tormentis, tum in specie  
vesicæ cruciatis affecti. Si urinam reddere velint, acus in  
vesicâ pungentes adesse conqueruntur, ut stillatim sæpius pro-  
deat urina.

EX NATURALIBUS eminet ETAS. Senilis decrepita  
ob chylicationem & coctionem debilem plerumque huic est  
obnoxia malo. Τοῖσι πρεσβύτησι σπασμῶδες, δυσουρία, senibus  
*urinarum stillicidia, difficultates mingendi familiares sunt.*

Ob cruditates à pituitâ falsâ generatâ acrior redditur  
□a. Deinde cum fulgines & ichores à patulis corporis poris  
non eliminantur (eadem enim quæ □a, & sudorum est mate-  
ria) recurrunt ad vesicam, ibique dolore & stillicidio prelen-  
tiam suam indicant. Accedit, quod calculus senibus per-  
quam fit familiaris.

Senex 76. annorum apud *Francisc. Anton. apolog. part. 2.*  
*p. 159.* perpetuo □a stillicidio vexabatur, unde noctes inso-  
mnes diesque cum dolore transigebat, ut vires tam ex privatio-  
ne somni, quam cruciati continuo in illo senio facile minue-  
rentur. Vigeties & eo amplius in tempore somni urinam red-  
dere cogebatur.

*Pueri* lactentes sæpè etiam stranguriam experiuntur, à  
lacte corrupto, inque acorem mutato.

HÆREDITARIA DISPOSITIO magnum adfert mo-  
mentum. Hæreditarium renum vitium, sabulosam materiam  
generans, si adsit, non solum stranguria oritur, verum etiam  
tandem meatus urinarii tunica interior, ex □a acrimoniâ &  
frequentiore sabulosæ materiæ transitu, si non excoriationem  
patitur, ad eam tamen devenit tenuitatem, ut ex quâvis levi  
occasione solvatur continuum, unde dolor oboritur, quale  
exemplum adnotavit in *Barone Capivacc. consil. 33. p. 976.*

TEMPERAMENTUM frigidum & humidum, calidum &  
siccum symbolum suum conferre potest.

## C A P U T V I causæ non naturales.

Res

1474

Res quæ, diſtante *Tullio* aut prodeſſe ſolent aut obeſſe, jam recenſendæ veniunt.

ÆRtã inſpiratione quàm tranſpiratione τὸ τῶν ἡμῶν σῶμα ἀλλοίωται corpus noſtrum alterat.

Ἐν τοῖσιν ἀνχυμοῖσι φρογῆραι ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, in ſiccitatibus ſtillicidia urinæ magnâ ex parte fiunt, ait *Cous* 3. *aph.* 16. τῆ δὲ φθνοπῶρος φρογῆραι, autumnno ſtranguriæ fiunt, ſcribit idem 3. *aph.* 22.

Aquilonia conſtitutio veſicæ inimica. Veſica enim eſt exſanguis & frigida, eapropter à frigidis cauſis promptius quàm aliæ partes afficitur, ut habet *Galenus* 3. *aph. comment.* 5.

A pleiadum occaſu diſpoſiti præcipuè ſenes, dum hybernum ingraveſcit frigus, ardore & ſtillicidio urinæ diſcoquuntur, ceu loquitur *Lang.* lib. 1. *epiſt.* 46.

Influxus aſtralis, ceu univerſalis, remota cauſa, concurrir. Si δ afflixerit ♀ in III, quod ſignum veſicæ præficiunt Aſtologi, præcipuè in domo morborum, de facili ad ſtranguriam diſponit.

MOTUS & QUIES διαβάλλον μέγεθς conferunt. Motus ſi excedat, deturbat humores verſus inferiora, præprimis ſi intempèſtivè mox à paſtu inſtituatur, quâ ratione concutitur ventriculus, καὶ ἡμιοφθὸς ex dimidio coctus crudusque chylus in glandulas meſentericas & lumbarès præcipitatur.

Τὰ ἔξωθεν εἰσθόττα ὑποθερμαίνεν τὸ σῶμα, κινεῖ χολὴν καὶ φλέγμα. Quæ foris corpus ſuprà modum calefacere ſolent, bilem & pituitam agitant; *Hippocr.* ὄφι παθ. p. 523.

Motum continuum, ad ἐκλυαν ferè virium continuatum, ſi excipiat frigidæ potatio, lerna & ilias malorum exſurgit.

Sedentaria vita & lucubrationes, evocato ad laborantis cerebri ſubſidium, qui ventriculo debebatur calore, coctionem primam vitiant, excrementa cumulant, & ad partes infirmiores devolvunt.

SOMNUS & VIGILIE τῶν μετρίων μᾶλλον γινόμενα, modum excedentia vota & calculum ſuum addunt, licet inferioris ſubſelli, pro ſtranguriæ productione.

Somnus ſi nimis longus inœatur, excrementa, & in ſpecie urina

urina regurgitant, hæc postea vesicam lancinat, exitum-  
quæ qua data porta petit. Hoc denegato mole suâ sollicitat  
sphincterem, donec pertæsus hic guttatim exire permittat.

Vigilia immoderata vires exsolvunt, coctionem impe-  
diunt, & humores colliquefaciunt.

Maximum autem fomitem subministrant Ἡ προσφειδ-  
μια, *assumenda* CIBUS & POTUS.

Ὅταν τὰ σίτια καὶ ἡ ποτὴ πλεον τὰ ἐιωθότως ἐς τὴν κοιλίην ἐί-  
σέλθῃ, *quando cibi & potus copiosiores in ventriculum subierint*, do-  
lores oriuntur.

Alimenta cruda, legumina flatulenta, recens tepensquæ  
à furno panis estatus, huc pertinent.

Veteres casei comesti, præsertim si vinum superbibatur,  
Sinam acridinem in serum & urinam deponunt, sicquæ stran-  
guriæ autores evadunt.

Cerevisia recens quæ nondum satis est defecata, fecibus  
in coctione primâ fermentatis alios quoque in corpore lati-  
tantes humores vitiosos nonnihil fermentat, acrioresquæ red-  
dit, (qui deinde ad renes ac vesicam delati adhærent, meatus  
obstruunt urinarios,) & consequenter fecum minimè depura-  
tarum acrimonia serum exacerbatur, sicque hunc morbum gignit.

Quin in sano etiam corpore & non caco-chymico solus  
hujus potus ad stranguriæ natales sufficit. Qui cerevisiæ triti-  
cæ adsuetus hordeaceam bibit, sæpenuerò tentatur urinæ  
stillicidio,

Novimus nobilem virum, qui ob hanc causam itinera ti-  
met; simul ac enim vel minimum cerevisiæ hordeacæ adsument,  
experitur extemplò urinarium tenesmus. In causâ est muta-  
tio subita, & qualitates hordei & tritici diversæ. Triticea  
cerevisia oleosa demulcet partes, hordeacea calidior ob tenu-  
es partes tonum vesicæ alterat, & acridine lupuli insuetas  
ferit.

Vinum in quibusdam eandem agit fabulam. Osvage-  
narius senex apud *Dodon. obs. 48.* ex vini Rhenani etiam exiguo  
potu statim stranguriam patiebatur, ab aliis verò vinorum  
generibus ut Hispanico vel Gallico non lædebat.

C

Ὀινοπόται,

1170

δινοπότεαι, qui solum vinum bibunt, si consilium mutare cogantur, & cerevisiam bibant, stranguriam, sibi accersunt ut plurimum.

Vinum musteum, quamvis *Philosophos* 3. probl. 12. dicatur *νήθειν πικρὸν*, sobrietatem conservare; flatibus tamen ventriculi & intestina distendit, & fermentatione, segregato feculento acri sedimento, vesicam ad stranguriam disponit, præfertim tortivum quod est & expressum. Vinum calce infectum, fontes Leodienfes, chalcantio medicati, item diuretica fortiora, quæ proritant, accusantur.

Post crapulam sæpè ob cruditates subsequitur stranguria.

*Medicamenta* huc revocanda. Cantharides caustico suo

Θε vesica peculiariter infestæ, si exhibeantur incautius, item si nonnunquam ad ♀is stimulum assumantur, ut mictionem cruentam, ita & stranguriam progenerant.

Gaudent enim Θε quodam acerrimo in □am liquabili, quâ vesica solum afficitur, uti ait *Schvvalbius* *Disq. therap.* s. 5. p. 100.

Exterius etiã applicatæ, quibusdam eundem effectum post se relinquere, nonnulli affirmant.

⊙ ♀, ♂li aliaquæ acria, item magisteria cum his parata, si non satis edulcata fuerint, operam nonnunquam suam ad stranguriam exhibent.

Purgantia sæpè fermentatione & caliditate suâ vesicam irritant, quippe alvo solutâ, ob consensum plerumquæ simul solvitur vesica, ut vellicatæ membranosa partes stranguriam cieant, quod potissimum fieri solet in cacochymicis.

*Medicamenta κατωπερμα*, quæ in futuros morbos firmo corpori infunduntur, sollicitant sopitas ægritudinis causas, tempore nullo pejus, quàm inter ejusmodi luciam successas, facile stillicidium hocce procurant, ut taceamus fulmen *Hippocraticum*: purgationes in sano corpore convulsiones & alia ciere.

EXCRETORUM & RETENTORUM nisi habeatur ratio accurata, vitia eorundem emergunt.

Qui strenuè litant ♀i, & Herculem in thalamo se præbent sæpissimè stranguriâ divexantur. Incalescentibus enim genitalibus

ralibus vasis in consensum trahitur vicinitatis juré vesicæ, ut  
urinam eodem modo excernere satagat.

ANIMI *passiones* agmen claudunt. Horum ut magna in corpore humano vis, ita & in specie in affectu nostro. Videre est homines, qui quoties irâ vehementiori excanduerint, excrementa reddere cogantur, vel urinam, cujus dolorosum exitum sæpè experiuntur, sæpè ob aliò dilatas cogitationes non adedò fortiter sentiunt.

## CAPUT VII

### res præter naturam elucidat.

UT dato uno malo, plura insequuntur, ita contra sæpè plura ad unum producendum concurrunt, quod fatum & stranguria experitur.

Frequentissimè stranguriam efficit CALCULUS, tum renalis, tum vesicalis. Calculus vesicæ adnatus cervici, asper crebro attritu illam exquisitissimè sentientem usque & usque vellicat, ut sphincter illius propterea contractus, urinam non nisi guttatim emittat, quæ hoc modo in vesicæ cavitate restagnans putrescit, suâque acrimoniâ dolorem auget.

Vesicæ occupans orificium, expultricem irritat facultatem, ac hujus molestiæ autor est.

Mejendi cupiditas magna adest in calculo, ob vesicæ nimium diligentis temerariam contentionem, ait *Magnif. Rolfincius epit. affect. part. l. 3. cap. 19. p. 309.*

Ipsa calculi materia, tenuissimo se imprægnata, sola sufficit ad dolorem satacutum in vesicâ excitandum, Non mirum ergò dolorem, quando quæa emittitur, adverti; perrumpit enim illa vi meatum obstructum. Sin excindatur calculus, longè promptius stranguria exsurgit.

*In inflammatione hepatis & pleurae ruptis abscessibus interdum purulenta materia ad vesicam amandatur, & si sit crassior & acrior, eam ad expulsionem intempestivam irritat.*

*Ulceræ vesicæ & penis hanc molestiam sæpè procreant. Exulceratio vesicæ idem facit in vesicâ, quod aphthæ in alvo. Scabies vesicæ ex humoribus acris producta, cum pruritu in pecti-*

1478

ne, urinâ graveolente & furfuraceo in matulâ sedimento, etiam stranguriâ se prodit. Pertinent huc *lues zea & penis caruncula.*

Stillicidii urinarii causam præbere *ulceram astitum glandulorum* in gonorrhoeâ, observant Prædici, eo enim in calu ad  $\square$  excretionem subinde vocantur ægri. Prostata glandula inflammata & exulcerata colluviem & fomitem mali fovet.

Symptomata ulcerum horum sæpè incautos fallunt, ut ex dolore gravativo, & stranguriâ concurrente calculum subesse opinentur. Exemplum tale observat *Salmuth. cent. 1. obs. 8. vid. & B. Moeb: fundam. physiol. p. 457.*

Renum & partium vicinarum inflammationes idem stillicidium ferre solent. *Ἡ δὲ χεῖρ φλεγμαίνουσι καὶ ἡ ὑπερὶ φλεγμαίνουσι τραχέειν ὀππίνετα, καὶ ἡ ὑπερὶ φλεγμαίνουσι τραχέειν ὀππίνετα.* Recto intestino aut utero inflammationem patiente, & renibus purulentis  $\square$ æ advenit stillicidium, scribit *Cous s. aph. 58.* Causam adducit idem *l. de fistulis t. 4. p. 684.*

Videre hoc loco licet, quid partium præstet vicinia ac consensus, & quàm non ineptum sit, stimulado ac resolutio ani sphinctere vel suscitata matricis expultrice, illum quoque compressorem musculum, quo cervix vesicæ donata est, reserari posse. Habent enim hæ partes inevitabilem inter se consanguinitatem, præcipuè quod de eadem membranâ ac nervoso genere manifesto participant. Verba sunt *Langii miscellan. curios. med. p. 16.* Intestinum rectum cum vesicâ tenuium villorum & membranarum ope adhæret:

In difficili partu quando vehementi nisu collum vesicæ rumpitur, continuum urinæ oboritur stillicidium, quod bis observavit *B. Moeb. fundam. med. physiol. p. 459. Salmuth. cent. 1. obs. 3. Henric. ab Heer. obs. 14.*

In uteri proidentia *ἔργον τὰ δὲ ὀλίγον καὶ δάκνεται, urina stillat pauca & mordet,* ait *Hippocr. l. de morb. mulier. & nat. mul.*

### CAPUT VIII differentias explicat.

$\Sigma$  τραχέειν τρέποι μὲν πολλοὶ καὶ πολλοί. Stranguriæ multi & varii sunt modi, autore *di vino sene ὡς παρὰ p. 523.*

1. Ratione



1. Ratione GENERIS, 1. alia est *continua*, alia *interpolata*.  
 2. alia cum *missione*, alia *sine excretionem*, sed solo cum dolore.  
 3. alia *simplex*, alia *complicata* cum aliis affectibus.

II. Ratione SUBJECTI alia fit per *πρώτοπαθείαν*, alia per *δευτεροπαθείαν*.

III. Ratione CAUSARUM, 1. alia originem debet morbo in viâ canalîs urinarii, alia materiæ excretæ, seu urinæ acrimoniam ipsique admittis, alia vesicæ vitio domestico.

2. Alia est *critica*, cum per urinam solutio febrilis iudicatur, alia *symptomata*. Apud Hippocratem l. 3. epid. s. 1. *εγροπρῶτο*, post crîsin circa sedem suppuratio facta est, *καὶ στραγγισμῶδης ἐγένετο ἀπόαισις*, & in stranguriam abscessus transit.

3. Alia *acquisita*, alia *hereditaria*.

4. Alia *benigna* est, alia *virulenta* & mali moris.

## CAPUT IX

### signa diagnostica.

Eleganter Hippocrates l. de arte p. 7. *ὁ δ' ἢν μὲν*, inquit, *δεξιόση καὶ ἀριστερόση ἐξαρτέσει καὶ ἀριστερόση*. Qui sufficit ad cognoscendum, sufficit etiam ad curandum. Hinc Celsus l. 1. *propterea non potest is scire, quomodo morbos curare conveniat, qui unde hi sint, ignorat.*

Signorum itaque necessaria disquisitio, dum diagnosticatorum, tum prognosticatorum.

IMMINENTI S stranguriæ signa non desunt. *εὐεὶ ἀποληψίς καὶ βάρος ἐν νεύραση σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγισμῶδην ἐσομένην*. Urina suppressio & gravitas in imo ventre, plerumque stillitium urina significat futurum. Hippocr. Coac. prenot. p. m. 583.

Idem adnotavit; quibus sanis hyeme circa lumbos frigiditas & gravitas ex levi causâ, & alvus suppressa, superno ventriculi orificio probè fungente, fortassis stranguria continget.

PRÆSENTIS signa I. GENERIS ratione receptâ peruntur methodo *ἰδιότῶν ἐνεόντων καὶ τῆν τῆς ἐστίας λόγον*, ab essentialiter inhererentibus, quæ essentialiter morbum constituent.

Proprium & pathognomonicum signum affectus nostri

confistit 1. in desiderio illo excernendi urinam, non interpolato.

2. In stillicidio seu subtillo urinae. Cum jam in eo æger est, ut ingentes fluctus ex mari occidentali deriver, vix rivuli se pandunt vestigia. 3. Dolor tertium essentiale inhærens constitui potest; adest enim plerumque, & licet non solus, tamen cum aliis præcedentibus conjunctus, certissimum affectus præbet indicium.

Conqueruntur ergò ægri, se continuò ad mingendum sollicitari, parum tamen excernere, doloreque assidue molestari, & cum mingunt, & quando minxerunt.

Acris cruciatus non solum in collo vesicæ, sed etiam pudenti apice excellit.

*Veget. 3. art. veter. 15.* Vesicæ indignatio, scribit, his agnoscitur signis: mingere non potest, omnia crura fleantur, demittitur venter ad terram.

II. Τα ἐπισπώδεια ἐξ ἀνάγκης, ex necessitate consequentia idem patefaciunt. In ANIMALI FACULTATE contristantur ægri de insigni illâ turpitudine & molestiâ, ipsaque anima difficultatur, ut alicubi loquitur *Cælius Aurelianus*, acerbâ meatuum urinariorum mordicatione persistente. Somnus molestâ illâ ad urinam reddendam provocatione interturbatur, alia graviora post se trahens symptomata.

III. In NATURALI facultate impeditur ἀλινοπάλη, genialis quis lusus.

II. SUBJECTI primarii signa proposuit *Hippocrates 7. aph. 39* Ην εἶρη αἷμα, καὶ θέρμελας, καὶ τραχέειν ἔχη, καὶ ὀδύνη ἐμπύπτη εἰς τὸ πθίναιον καὶ τὸ σπογγώδες, καὶ ἐν κτέναι, τὰ πρὸς τὴν κύστιν νεστειν σημαίνῃ. Si quis sanguinem minxerit & grumos, & STIL-LICIDIO URINE laboret, & dolor inciderit in unum ventrem, postinam & ad anum: circa vesicam morbus esse significatur.

Hoc an per essentiam laboret, an per consensum, propria signa patefaciunt.

III. CAUSARUM signa necessaria sunt, ut eruantur.

Si ex humoribus intra vasa redundantibus acrioribus, biliosus, affectus hic exciretur, cognoscitur ex urinae contentis ipsis,



248a.  
ipsis, & totum corpus erit cacochymicum, habitus ad acriorem biliosioreque conversus, teste *Alexandr. Tralliano l. 9. c. 6.* Aderunt signa humorum biliosorum, præcessit usus alimentorum, cibi & potus, & medicamentorum acrium & solorum calidorum. Adfuit febris putrida, hepatis renumque abscessus; juvantur à refrigerantibus & abstergentibus, à calidis & acris exhibitis pejus habent.

*Quidam* & coloris & contentorum indicia pensitant, rubedinem v. g. indicare biliosum admixtum humorem, albedinem falsam pituitam, arenosam calculi præbere signa.

Si causa sit frigida,  $\square$  erit alba, cum crassitie, color constitutioque corporis pituitosa aderit, aliaque phlegmatis indicia.

Si vitium sit in materiâ, quæ excernitur, expurgabitur materia tum pituitosa, tum arenosa; illâ vel à toto, vel à certis partibus transmissâ; hæc in renibus calidis potissimum genitâ, ipsamque sanguinem inficiente.

Cum vitio puris vellicantis vesica ad excretionem urgeatur, operæ pretium est, videre cujusnam partis vitio transmittatur. Tria autem dantur genera urinarum purulentarum, ipsis partibus, unde pus defluit, distincta. Aut enim vesica ipsa exulcerata est, ubi pus nullo modo cum urinâ est permixtum, sed vel præcedit, vel sequitur illam.

Aut à renibus pus accedit, ubi permiscetur urina inæqualiter; sin à partibus diaphragmate superioribus, æqualiter est commixta. *Vid. Heurn. comm. in 5. aph. 58.* Sæpè etiam, si præcessit gonorrhœa, stranguria subsequitur.

Si ulcus adsit, in vesicâ, lotium redditur cum dolore, sentitur acrimonia, mordacitas, & interdum egreditur sanies, quæ ab ulcere prodit, autore *Hieron. Capivacc. l. 3. pract. cap. 32. p. 765.*

*Cum calculus in causâ est, sæpè conjungitur ischuria, cum ingenti cruciatu, magno conatu urinam excernentibus ægris; quasi instar gravidæ partui vicinæ fœtum excludere annitentis, aderit gravitas, dolor, sanguinis excretio, aliaque hujus generis. Præcipuè instabit & exacerbabitur stranguria, si motus instituitur.*

A Sam-

1782

A sanguine coagulato & grumefacto in vesicâ, propter venâ alicujus rupturam. productam stranguriam sequi solent color citrinus, parvitas & frequentia pulsûs & anhelitus, sudor frigidus, febris, rigor, & nausea.

DISTINCTIVA SIGNA quoad, differt stranguria à dysuriâ. Hæc enim est, quando cum difficultate, conatu aliquo, imò dolore urina redditur, sic ut & vis quædam adhibeatur. In illâ est perpetua mingendi cupiditas, ubi quidem promptè urina excernitur. sed pauca stillatimque.

Differunt modo. In stranguriâ stillatim egreditur urina, in dysuriâ verò sine interpolatione. Dysuria fit non nisi plenâ vesicâ, usque eò saltim, ut necesse habeat dimittere, quod sollicitat.

In stranguriâ tantum non perpetua difficultas est, ob nullius non guttæ huc confluentis asperrimam incessionem atque indicibilem in exeundo laborem, ceu loquitur *Lindan. sel. 6. S. 13.*

Convenit cum stillicidio mensum in feminis, quando sanguinis hic lunaris affluxus p. n. contingit pariter stillatim & cum dolore. Differt verò materiâ: in stranguria urina, in mensum substillo sanguis depravatè exitum naturalem quærit.

## CAPUT X

### signa prognostica pandit.

**S**ALUTIS & MORTIS prædictio & stranguriæ competit. I. GENERIS ratione, videtur quidem primo intuitu levis momenti esse affectus, sed non rarò maximum conjungitur periculum.

Dici non potest, quem *σπυγίως τὸ ἄρον*, cruciat urina, quantis ille prematur angustiis, quamque miris miserisque modis contorto corpore velut anguilla se volutare cogatur, ut inquit *Lindan. loc. sep. cit.*

Quæ stillicidium & mingendi difficultas morbi graves periculosique existunt, & turgentes, ut ait *Hippocr. l. de intern. affect.* & *Galenus* alicubi eos esse de genere morborum ait, qui accelerant & cogunt medicum, ut ocysimè eorum cura-



curationem molliatur, cum in corpore animalis diu hæc permanere nequeant, nisi magno detrimento, noxâque magnâ ipsum offendere valeant.

Ἐπι τῆσι ξηροῖσι ὑδρωπώδεσι τὰ στραγγισμὰ μοχθηρὰ. In hydropticis siccis, urine stillicidium malum. Hipp. Coac. pranot.

Sibi tamen si relinquatur affectus, rarò lethalem secum trahit eventum.

2. CAUSARUM verò intuitu sæpe terrificus est.

Si à sanguinis grumo, qui intus restagnat & sedem fixit, oritur, horrendus esse gravissimis casibus solet, communibus illis, qui aliàs à sanguine congrumato in corpore proveniunt. τὸ ζῶλον faciei ἀνδρῶν perit, pulsus fit parvus, languidus & frequens, totusque sæpenumerò concidit tremulo motu. Progressu temporis insequitur rigor, febricula, nausea, lipothymia, sudores frigidi, & horum sequax comes, mors.

Si ab urinâ & ulcere simul oriatur, combinatis inter se causis, tantò deterius malum. Quæ à calculo provenit stranguria, non nisi illo remoto tollitur.

Quæ ab errore externo, omnium tutissima.

II. LONGITUDINIS & BREVITATIS. Longitudine quidem sæpiùs adversum non est malum, brevem tamen moram majori compensat molestiâ.

In senibus diuturnum solet esse, & nonnunquam συναποθνήσκων, ad mortem comitari, ut & aliàs οἰόσα δ' ἀντίοισι χροῖνια νοσήματα γένηται, ἃ πολλὰ ξυναποθνήσκω, quicunque ipsis eveniunt morbi, ut plurimum commoriuntur 2. aph. 39. juniores citiori absolventur morâ.

Confirmat utrumque oraculum Coum l. ἐπι παθ. Ἡ δὲ νεῦσσι μὲν παλαιότεροι μακροτέρη γίνεται, τοῖσι ἢ νεωτέροι, βραχυτέρη. θανατώδης δὲ ἔσδετέροι. Hic autem morbus senioribus quidem longior fit, junioribus verò brevior, neutris tamen lethalis.

Critica stranguria omnis bona, qualem observavit Hipp. l. 1. epid. part. 2.

III. MODUS EVENTUS. Οἰόσιον ἐκ στραγγισμῶν εἰλεῖται, ὅταν γένηται, ἐν ἐπιὰ ἡμέρῃσιν δαπάνωνται, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιγνομήνης, ἀλλ' αἷς

D

αἷς

1402

ἄλις τὸ ἄργυρον. Si urina stillicidio accesserit volvulus, seu ileus, primis septem diebus agrum è medio tollit, nisi febris quoque interven- tu ubertim iterum urina fluere incipiat.

Si stranguria proveniat ab inflammatione intestini recti, alvus supprimatur, dolorque hic ipse intestini tenuioris, quem volvulum vocant, subsequatur, eventus sanè lethalis metuen- dus. Vid. Lindan. l. c.

Ab aliis quæ fovetur causis stranguria, iisdem, resolutione vel discussione naturæ aut medicamentorum ope sublatis, smoritur.

## CAPUT XI curationem cum M. M. & indicati- onibus instituit.

**O**Rdo nunc exposcit, ut visâ diagnosi, & prognosi, ad THE- RAPIAM faciemus accessum.

Nititur illa regio isto fulcro, METHODO MEDENDI, quæ iterum indicationes ceu vitales statuas sub se habet: *Cura- toriam, preservatoriam & vitalem.*

I. CURATORIA symptoma ipsum respicit, intemperim alterat, dolorem mitigat, vias referat.

II. PRÆSERVATORIA causarum morbificarum amolitioni dicata est, humores peccantes præparat, lenit, obtundit, & ut à naturâ superari possint, disponit.

III. VITALIS præsentis vires conservat, absentes restau- rat, futuras attendit.

Hæc tradit ipse Galenus 12. M. M: *Eorum quod generatum est, scribens, id medicinae parti, quæ morbos curat, subjicitur; quæ futu- rum morbum præcavet. At si nulla in corpore causa subalitur, ea, quæ sanitatis est tutrix, prævidet.*

Delineavit indicationes generatim observandas in stran- guriâ Hippocrates ὡς ἐστὶν τὰ θ. p. 523. *Ξυμψιερὶ ἔξωθεν μὲν τὸ σῶμα μαλδάσειν λέτεργισι θερμοῖσιν. Ἐσωθεν ἢ διυρζαίνειν. Τὴν μὲν κοιλί- ην σιτίοισιν, ὑψὸν ἄν ἄργυρον ἔσαι. Τὴν δὲ κύστιν πελῶσιν, ὑψὸν ἄν τὸ ἄργυρον ὡς πλεῖστον ἀσχεῖται. Confert foris quidem corpus balneis calidis*

calidis emollire, intus verò madefacere, album quidem cibis quibus fluida reddatur, vesicam verò porionibus, à quibus urina plurimum profluit.

Satisfieri his potest, ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico & diaterico depromptâ præsidiorum materiâ.

## CAPUT XII fontem chirurgicum aperit.

**A**N VENÆSECTIO conveniat in affectu nostro, dubium forsitan nonnullis videri posset. V. S. est μέγα βοήθημα, καὶ τὸν μεγάλων μέγιστον, magnum auxilium, & inter magna maximum; stranguriæ levis molestia, quæ tantum præsidium indicare posse vix videtur. Levibus morbis pigrius remedia, heroicis & magnis heroica opponere addecet.

Nihilominus assertum est *Coi 7. aph. 48.* εὐραχθεῖν καὶ δυσχερῆν ἰσχυρῆς καὶ φλεβοτομῆς λόγῳ, urinae stillicidium & mingendi difficultatem vini potio & venæsectio solvit.

Annotant Commentatores, & imprimis Galenus in comm. illam stranguriam, quæ propter inflammationem & multitudinem fit, vel inflammationis metum, quæ ab urina acrimoniâ procedit, indicare V. S. & ab illâ levari.

Addit *Cous*: τίμην δὲ ὅς εἰσω φλέβας, incidito autem venas interiores, quo obscure innuit, quid sentiat, *vid. Galen. comm. in 6. aph. 36.* An fortè in parte domesticâ brachii vel pedis venas secare intendit?

Nos, si adsit inflammatio in vesicâ ipsâ, commendamus basilicam, seu manus venas ad aversionem: ad derivationem venam popliteam, saphenam, aut aliam, præprimis, quia juxta *Harvæi* inventa ubi exitus pateat sanguini, unde licet secare venam quamcumque, modò id turò fiat.

Si adsit plethora, multitudinis & inflammationis parens, eò promptius ad generosum hoc descendimus remedium.

Venas fedales singulis mensibus aperiendas quidam suadent, sanguinemque ad uncias aliquot emittendum.

Si calculus, pituita, aut grumus aliquis obstruendo liberum

2486.

rum urinæ exitum impediatur, catheter, qui illa obstacula removeat, est necessarius; catheterem novum ex alutâ seu tenui corio describit *Helmontius*, eumque indemnem, indolorificum. Argenteum, vel ex balânarum ossibus, seu potius fetis pararum commendat *alii*.

Cucurbitulæ, frictions, hirudines pro re natâ in usum vocari queunt.

### CAPUT XIII ex fonte pharmaceutico medicamenta promit.

**H**ic omnis generis occurrunt heroes, adversus hostes corporis nostri uno fine depugnantes.

**L**ENIENTIA *ακνωσγλυκâ* benedicta vel sola sæpè stranguriam auferunt, præcipuè quæ humorum simul obtundunt acredinem.

**Rx.** elect. diasebest. diaprun. simpl. a. ℥j.  
pulpæ cassiæ ℥℞. syr. de pom q. s.  
**F.** l. a. Elect. D. in fistil. S. Lindlarweg.

**Rx.** terebinth. ℥ij. vitell. ovor. n. j.  
vin. rhenan. ℥iij. syr. de alb. Fernel. ℥j.  
**M. F.** potio. In fistili S. Lindtâncklein.

Hoc omnibus ferè indicationibus satisfacit, & effectu commendat medicum salutari.

**Nec enemata negligenda.** Ventrem subducente & refrigerante clystere eluere oportet. *ἔρω γδ τῆ υἴσω τῆ ζυμωσῶν συμφορῶταρον*, hoc enim omni morbo convenientissimum, existit, teste *sene* *αἴ. παθ. p. 517.*

**Rx.** herb. j. emollient. a. Mj.  
melilor. alb. a. m℞.  
sem. lin. carv. anis. a. ℥ij.  
rad. ononid. alb. a. ℥℞.

**Coq.** in s. q. ∇ fontan. In colatura ℞j. dissol-  
vq



ve unguent. clysmat. bened. laxat. a. ʒj. terebinth. in vitell. ovor.  
dissol. ʒij. ⊖ parum. M. F. Clyster.

PRÆPARANTIA subsequuntur. In causâ frigidâ præ-  
paretur *sr. ros. simpl. de cort. citr. cicbor. & aliis.* In causâ ca-  
lidâ *sr. de alth. nymphaâ &c.*

℞. decoct. n. alv. ʒvj. *sr. de alth. Fernel.*  
*violar. a. ʒj.* M. F. Potio.  
S. præparier Träncklein auff ij. mahl.

℞. ꝑr. Oti. ʒj. *secul. aron. ʒß.*  
⊖ *ononid. genist. absinth. a. ʒ. iij.*  
M. in chart. S. digestiv Pulver auff erlich mahl.

℞. *rad. saxifrag. glycyrrh. alth. a. ʒij.*  
*sem. lithosperm. anis. dauci a. ʒß.*  
*passul. min. ʒß.*

Coq. in s. q. ▽ *fontan. col. ʒvj. adde sr. fragor. ononid. a. ʒj.*  
M. S. Digestiv Tränck auff erlich mahl.

Præparata materia educitur PURGANTIBUS *ἀνω καὶ*  
*κάτω.*

VOMITORIA exusu erunt, cum à chylo corrupto, &  
in ventriculî concavo materiâ stabulante morbus oritur.

℞. *extract. panchymag. Croll ʒ. x. ꝑr. emet. Mynsicht. ʒ. iij.*  
⊖ *parum.* M. F. pilulæ. S. brech Pilulen auff j. mahl.

℞. ▽ *benedict. Ruland. ʒj. sirup. fragor. ʒß.*  
*tragea stomach. Quercet. ʒ. vj.*  
M. F. potio. S. brech Träncklein auff j. mahl.

PURGANTIA *κατωγενή* conveniunt, si cacochymia  
illud jubeat, & in viscerum culinâ humores vitiosi evacuatio-  
nem indicent, tum pituitosi, serosi, biliosi & melancholici.

℞. *pulv. laxat. veget. magnif. Rolsinc. ʒj.*  
*crystall. ꝑr. ʒß.*

D j

pulv.

pulv. polychrest. ꝑ. iij.

Ⓞ Fiat. ꝑ. v. M. F. pulvis.  
In chartâ S. Purgier. Pulver uff j. mahl.

℞. mann. calabr. ʒj. dissolv.  
in seri lact. caprin. destillat. q. s.  
colat. ʒiij. add. pulv. rad. gialap. ʒß.  
sir. de cicbor. c. rhab. ʒß.

∇ cinam. ʒj. M. F. Haustus.  
In fictili S. Eind. Träncklein.

℞. extract. cathol. Andern. ʒj. pulv. syrii ꝑ. v.  
ol. anis. gut. ij. elix. propriet. q. s. M. F.  
Pilulæ XV. In pyxide. S. Purgier. Pillulen auff j. mahl.  
Rhabarbarum in stranguriâ non convenire, multi asse-  
runt, quo de consuli potest Lindan. sel. 16. S. 57.

DIURETICA omnium penitissimè hostem adoriuntur  
proprie dicta λιθουρεγη cum stranguria provenit à vesicæ algore,  
vel à viscidâ & stautentâ materiâ.

Improprie dicta magis conveniunt in calidâ intempera-  
turâ, quorum loco comendant quidam nucem moscharam, de-  
coctum ribesi. nigr. &c. Ἰσπανικὸν seu vini potionem 7. aph. 48. Idem  
in muliebri stranguriâ εὐληκὰ medicamenta jejune propinare  
præcipit. de nat. muliebr.

In calculo diuretica fortia non adedè conveniunt.

Hæc cum pleraque simul sint alterantia & specifica, enu-  
merabimus in seq. ne actum, quod ajunt, agamus.

DIAPHORETICA ad peripheriam materiam vitio-  
sam extrudunt, præcipue quando serosæ colluviei morbus de-  
bet originem.

℞. mistura simplicis Andern. ʒß.  
spir. fragor. ʒj. sir. fragor. ʒß.  
M. F. Haustus. S. Schwitz. Träncklein auff j. mahl.

℞. ʒij. diaphoret. ꝑ. xv. C. C. philof. calcin. ʒß.  
flor. Suci ꝑ. vj. eloeosacch. macis ꝑ. iij.  
M. F. pulvis. S. Schwitz. Pulver uff j. mahl.

CAPUT



1769

C A P U T   X V I  
alterantia & specifica interna  
proponit.

**A**LTERANTIA specifica multa depromi possunt ex tricorpore regno: *vegetabili, animali & minerali*, accurato medici σοχασμῶν pro causarum varietate, alio & alio modo concinnanda.

**R**ADICES *ononidis, althææ, glycyrrhizæ, irid. florentina, & aliæ lithontriplicæ.*

*Decoctum saxifrag. alb. & petroselin. cum saccharo dulcaturum excellit.*

*Lingua asferis singulari quâdam proprietate prodesse dicitur.*

*Sem. violarum in emuls. & glandes pulverisatæ in vino. Mithridatium cum decoct. milii & saxifrag. Trochisci de alkekengi cum & sine opio egregiè conferunt.*

*Sirupum ex succo portulac. & millefolii herbâ stranguriæ medici, scribit Crato epist. 123. p. 220.*

Si calculus simul adfit, *ol. amygd. d. cum succo limonum in fero caprino assumptum prodest.*

Si à purgante medicamento excitetur, *∇ vitæ Matthioli ex temporaneum fert levamen.*

Ex *chimicis præcipitantia nobiliora omnia conveniunt, inprimis lapides S, quos tantoperè deprædicat Helmontius, ipsorumque sic vocatum oleum. Tinctura ♁ri bonâ fide expectationem exsaturat.*

∞ *stillat. succini magni præsidii titulum meretur ad gut. vj. cum ∇ petrosel. malv. vel aliis assumptum calidè, vel cum jusculo gallinæ.*

*Spir. S hispalensis, scribente Helmontio, cum vino albo, pridie è vase deprompto, manè singulo bibitus non solum tollit mortales senum strangurias, sed & calculum per renes in vesicam, ut minutim per mingendum excernatur, pellit.*

~ S, ♁, ∅. *conducunt. Nec mirandum, eadem à nobis inter*

1490.

inter illa, quæ stranguriam excitant, numerata fuisse. τῆν δὲ  
σεγυθρίην τὸ αὐτὸ ποιεῖ ἐν ἐξῶν, καὶ ἐξῶν τὸ αὐτὸ ποιεῖ. Stran-  
guriam cum non adest, idem facit & si adsit, sedat, ait Hippocrat.  
L. de loc. in hom.

Franciscus Antonii Londinensis dilaudat panaceam suam au-  
ream seu ☉ portabile, in quâ tantum levaminis stranguriâ ve-  
xatos invenire scribit, ut ab aliis medicamentis quibuscun-  
que abstinere omninò possint loc. supra cit. p. 159.

Quæsti, cum quoque aromatica in urina acrimoniâ conve-  
niunt? Respondemus cum Horstio cent. problem. § 2. cap. decad. 8.  
quæst. 6. si urinæ stillicidium ab antecedente causâ frigidâ &  
obstruente dependet, non obstante, quod materia peccans  
proxima sit acris & fortassis calida, sæpius non inconveni-  
ens est aromaticorum usus.

℞. sem. papav. alb. portulac.  
gumm. tragacanth. a. ʒj. rad. alb. ʒj.  
glycyrrh. ʒij. succin. ʒß.  
sacchar. canar. ad. p. omn. M. F. pulv. D. in scar.  
S. Lindpulver. Dos. ʒß. c. lacte.

Gregor. Horst. l. 2. de tuend. sanit. cap. 7. præscribit seq.

℞. sem. melon. ʒij. liquirit. ras. ʒj. ocul. ʒ.  
gland. a. ʒß. sacch. cand. ad. p. omn.  
M. F. pulv. Dos. ʒj. In hydromelle.

Ubi acrimoniâ ☐æ & humorum fatigat, lac amygdali-  
num papaveratum egregiè illam demulcet & temperat.

℞. sem. 4. frig. maj. papav. alb. a. ʒij. viol. ʒj.  
F. l. a. cum feri lact. destillat. q. s. Emulsio.  
add. syr. de portulac. & papav. simpl. q. s. ad gratiam. In  
ficiili S. Lindmilch.

Helmontiani quidem emulsiones rejiciunt, quia facilè, imò  
desubitè acorem contrahunt, sicque malum potius exasperant.  
Verum

Verum concedimus quidem, si diutius asserventur, acescere  
emissiones, sed si recentes administrantur, nil metuendum  
periculi.

**Rx.** rad. nymph. alth. malv. glycyrrh. a. ʒj.  
sem. 4. frig. maj. papav. a. ʒj.  
jujub. sebest. passul. min. a. ʒʒ.

Coq. in f. q. serila & caprin. ad tertias. D. in fistili.  
S. Kühl und Lindbrancf.

**Rx.** fir. de alth. Fernel. ʒj.  
terebinth. gut. iij. M. F. Haustus.

**Rx.** Tinctura Fri ol. ocul. S. a. ʒj.

In vitro S. Essens. Dos. ʒo. 2o. gut. in vehiculo com-  
modo. Hoc præter id, quod lapidosam dejicit colluvi-  
em, humores acidos præcipitat, fermentationem sistit, & uri-  
nam, ut non interpolato ordine profluat, provocat.

## CAPUT XV externa commendat.

**H**ippocrates de nar. muliebr. jubet in mulieribus, si stranguria  
invaserit, cucurbitam ore & fundo dissecto, prunis subditis  
circumpositam sumere, myrrhâ in ignem inspersâ, & muliere  
super cucurbitâ collocatâ, cucurbitâ fumâ in pudendum quàm  
peniticissimè immittere, ut plurimò vapor ad pudenda deferatur.

Desinet stranguriâ cruciari, qui tamarisci lignum ardens  
suâ ipsius extinxerit urinâ, ait Matthiol. præf. in comm. Diosc.

Aspectum solum floris cardui lactei, quem mariæ vocant,  
in stranguriâ profuisse sibi quidam miles asseruit, apud Plate-  
rum tom. 3. præf. p. 855.

Ἐπιπέσει δὲ τὸν ἀνὴρα, ὡς οὐδεὶς αἰσῶν τὸ ἀλλοθεν τὸ ζῶν τῶ ῥο-  
δίνῳ. Stillicidii urinæ affectionem (Aspasii uxoris) sedavit farinâ  
cum rosaceo Hippocrates 7. epid. t. 72.

Rulandus cent. 4. curat. 64. facit suffimigium ex raphano  
cocto aquâ, vaporetenus per sellam virtute diffusâ.

E

Si

1492

Si stranguria acciderit ex cerevisiæ feculentæ potu, vel etiam aliâ ex causâ, mistio per foramen ossis sacri leporini prodest, experimento multorum.

Bufo externè applicatus urinam continuò cum dolore excurrentem remoratur, quale exemplum extat apud *Heerium*.

Immitti virgæ possunt *turundæ cum ol. amygd. d. lil. alb. imbutæ, additâ camphora & croco.* Per siphunculum immitti potest *lac vaccinum*. Item, si caruncula infestet, experimento *Sylvatici*, candela cereâ, plumbo pulverisato conspersa.

Sapè solâ sevi calefacti inunctione in umbilicum, stranguria cedit. Hoc accensâ candelâ statim commodare poterit præsentissimo mirabiliq; fructu, quem affectum à vi discutiente & paregoricâ, quam validissimam habet, sine dubio exhibet.

Et sanè medicamenta magnâ cum *εὐφορίᾳ* umbilico applicari possunt.

Connectitur enim fundus vesicæ umbilico per intermedium ligamentum, urachum dictum, & duas umbilicales arterias reliccatas, unde vesicæ & umbilici consensus provenit. *vid. Bartholin. anat. p. 129. & B. Moeb. fundam. med. physiol. p. 452.*

℞. fol. malv. viol.  
parietar, flor. melilot. a. mj.

F. sacculus. Coq. in cerevis, & applicetur peccini.

℞. herb. chamom. malv.  
pariet. melilot. a. Mß.  
rad. alb. lil. alb. a. ʒß.  
sem. lin. ʒij.

F. l. a. sacculi ij. Coq. in ▽ fontan. pro fotu, quem excipiat seq. inunctio.

℞. ungu. dialth. ʒß. ol. scorpion. Martbiol.  
lil. alb. a. ʒij. F. l. a. ungu. in fistil. S. Stndsätblein.

### CAPUT XVI

## fontem diæteticum consulit.

**V**alectudo, censente *Tullio*, sustentatur notitiâ sui corporis & observazione earum rerum, quæ aut prodesse solent aut



aut obesse, & continentiam in victu omni, atque cultu corporis  
tuendi causam & prætermittendis voluptatibus.

Res quæ prodesse vel obesse solent, sunt vulgò non natu-  
rales dictæ, quæ diætam constituunt triplicem.

IN NATURALI CIBUS sit *ευχυμος καὶ εὐκόλιος*, boni suc-  
ci & ventriculo gratus. Vitanda sunt, quæ crudorum &  
crassorum succorum proventum accumulunt. Laetitia omnia  
fugienda, si ventriculus malè habeat. Corpore cacochymo  
existente, lac in ventriculo corrumpitur variaque symptoma-  
tum cudit agmina. Convenit tamen lac stranguriæ à gonor-  
rhæâ superstiti, detergit quippe, demulcet, contemperat &  
lenit juxta *Galen. 10. de simpl. med. facult. cap. de lact.*

Admisceri potest mel aliæque. Cremor hordei, prisanæ,  
lac amygdalatum, caro & juscula pullorum gallinaceorum, o-  
va forbilia conveniunt. Acetum, salita nimis ut haleces, &  
alia ejus commatis exulent.

POTUS sit cerevisia benè defecata, non acida, & ab ad-  
mixto lolio infamis. Triticea magis convenit, quàm hordea-  
cea. Vinum dulce & *ῥώρησις*, ut supra innuimus, commen-  
dantur à *Coo*. Si fortè feculentò haustò potù,  $\Psi$ ,  $\nabla$  vitæ, elix.  
propriè, aliisque euporistis præcaveatur morbus.

IN VITALI AER fit temperatè calidus; Frigidus devi-  
teretur, utpote partibus nervosis & exanguibus secundum *Hip-  
pocrat. 5. aphor. 18.* qualis est vesica, inimicus.

IN ANIMALI SOMNUS & VIGILIA alternatâ se excipi-  
ant morâ. Lucubrations in multam protractæ noctem, Bac-  
chi præsertim accedente nectare, nocent.

MOTUS & QUIES ad Naturales se componant leges.  
Motus tamen nimius quiete nocentior.

ALVUS si officio desit, & per consensum stimulet vici-  
nam coloniam, molliatur enemate, glande, & aliis.

♀ dicente *Capivaccio consil. 33.* si quid aliud, est  
inimicissima.

SOLI DEO GLORIA.

**A**ulibus egregiis, *V Vernici* cla-  
 re, cathedram  
 Conscendis Medicam, quæ  
 parta scientia rerum  
 Sedulitate Tibi, cum pagina  
 docta, relata  
 Tum responsa docent, mirâ  
 queis discutis arte  
 Objectas quascunq; strophas:  
 jam digna labore  
 Conciliator opis Medicæ me-  
 ditatur Apollo  
 Præmia, quæ, precor, eveni-  
 ant Tibi fidere fausto.

*Gratul. ergo deprop.*

Johannes Musæus,

D. & P. P.

CLA-

CLARISSIMO  
PHILIPPO WERNICIO,

1795

pro  
LICENTIA  
summum Medicinæ gradum  
adsumendi  
*publicam ascendenti cathedram*  
EUGE. BONUM. FACTUM.  
adclamat

GUERNERUS ROLFINCIUS,

Phil. & Medic. D. P. P. academix

SENIOR

WERNIC, fervore laudis cujus in-  
doles

virtutis altæ graditur ad fastigium,  
longeque cursu mentis ætatem pi-  
gram

post terga linquit, dum sacratam  
Apollini

sectaris artem, *vixit* cujus præses est.

Quod auspiciatò, te vehat ad me-  
tam gradu

generosq; ardor, indolesq; industria  
probata, commendo vovens felicia.

E 3

Gaude!

1496.

**G**Aude! Fama tuis applaudit passi-  
bus; ingens,  
WERNICI, studio pendet ab Ar-  
te decus.

*gratulabundus apposuit*

Joh. Theodorus Schenck,  
M. D. P. P.

---

**C**Ausas tot ægritudinum futuraq;  
momenta prævidere, item or-  
tum ac exitum,  
hoc molis arduæ est opus. Id aut  
improbo (decus  
WERNICK Tibi labore, splendidum  
Apollinis, notum est ac obvium  
benè. (coli:  
Mereris hinc ab omnibus meritò  
Hinc Fama tribuet haud sciens fi-  
nem pati  
nomen celebritatum & perennis  
gloriæ.

*Nobili ac Clarissimo Dn. Doctorando animitus gratulatur  
ac felicia quæque apprecatur.*

**P R Æ S E S.**



1297.  
**U**T desperatos quatiā medicamine morbos,  
nil intentatum est librorum, ignisque recessus  
quæsitī, donec doctrinæ robur adultum,  
supremos tentare jubet cum laude labores.  
Gratulor hunc ausum. Feliciter omnia cedant.

*Cum voto omnigenæ prosperitatis, itineri accinctus  
memoriam sui sistit*

Georg. Wolfgang. Wedelius,  
Med. Licent.

---

**W**ERNICI, tuos labores & sequacis ingent  
Pone chemicam palestram temperatos spiritus  
Sæpius spectator ipse spebus haud exilibus  
Æstimator imputavi: quanta maturabit  
Divæ præsidens medentium debitorix industria  
Pendet! admiratus usq, dixi, & omen exiit.  
Disputas; probaris: unum restitat suffragium  
Quod tuæ felicitati ludibundus clinicus  
Gestiendo nil locutus reddet in meridie.

Hoc, Clarissime atque Experientissime  
Dn. Dde, votum atque hæc  
gratulatio est Tui

Theod. Lehmanni.

*Quod*

1498.

**D**um jam MI FRATER summos deposcis  
honores  
Ex animo lætor, cunctaque fausta precor.

*paucula hæc  
ἐν τῷ ᾠδῶν ἑπιγράμῳ  
scribebat*

Johannes Jacobus VVernicius,  
Theosophiæ studiosus & p. t.  
Martisburgi Choralista.

---

**Q**uis dolor obstructum natura stringat aqua-  
lem,

*Quæ sanet ratio, laus aperire tua est.*

Præclariss. Dn. Doctorando, Faut. ac  
contubernali exoptatissimo  
gratulabundus f,

Gothofredus Handelius, M. S.

**F I N I S.**


153154

7

X2615746

R

W 17





39 40 1489  
2. D. O. B. V.  
DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS  
DE  
**STRANGURIA.**

hanc  
Jussu ac autoritate inclytæ & gratiosissimæ Facul-  
tatis Medicæ in celeberrimâ Salanâ,  
PRÆSIDE  
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO  
ATQUE EXPERIENTISSIMO  
DN.

**JOHANNÉ ARNOLDO  
FRIDERICI, PHIL. ac MED. D.**  
ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN.  
PROFESSORE PUBLICO FAMIGERATISSIMO,  
MEDICO PROVINCIALI SAXO-ALTEN-  
BURGICO FELICISSIMO,

*Dn. Promotore, Patrono & Præceptore atatem  
colendo, venerando,*  
PRO LICENTIA

Summos in arte medicâ honores & privilegia  
DOCTORALIA solenniter  
consequendi

*publica disquisitioni exponit*  
**PHILIPPUS WERNICIUS,**  
FRIBURGENSIS THURINGUS.

*ad diem Augusti*  
In auditor: majori. horis consuetis.  
M. DC. LXVII.

JENÆ Literis KREBSIANIS.